

# **De oudste particuliere oorkonden van Werden (Ed. Blok) Nr. 56**

Notum facere cupio omnibus tam presentibus quam futuris, qualiter ego Sneoburg, filia quandam Bernhardi, tradidi partem hereditatis mee ad eclesiam sancti salvatoris que constructa est in pago Riporum, in loco qui dicitur UUerthina, super fluuio Rura; hoc est quod tradidi: iornales quinque in loco qui dicitur Tottonthorra, in villa que dicitur Fislaca in pago Riporum; traditumque in perpetuum esse volo et prumtissima uoluntate confirmo, ut post hunc diem custodes ipsius eclesie licentiam habeant tenendi, possidendi, commutandi, vel quicquid exinde facere uoluerint, liberam et firmissimam in omnibus habeant potestatem, cum stipulatione subnixa.

Actum in UUerithina monasterio, ubi conscripta est II kalendas aprilis, anno XXV regnante domno Hluthouuico imperatore. Ego Reginarius indignus presbiter scripsi et subscrispsi. Signum Thiatradi, Frithubaldi, Hrodbercti, Helmberti, Gunthardi, Theatbaldi, Reginbaldi, Heribaldi.